- tientibus contrarium? Vtq; me ad Monadis simplicitatem plenariè perducat, dies noctesq; Christiana humilitate suspirio, in vovo, oro, ploro. Nec frustra, Mentiri, si negarem aliquid Numinis Divini (abstine tamen gloriæ) mihi vel vigilant, vel dormient, aliquando non adfuisse aut adesse, mod: ipse Theosophus voluerim. Hallelujah. Reductio ad Monadis simplicitatem (de qua in secunda Amphitheatri hujus figura) est methodus si vè via, qvæ debeat ac posit HOMO regenerari; in integrum restitut, ad DEVUM, à quo diffensione propria defecit, Divinitus reverti; fieri novus homo; conjungi, illuminari, atq; uniti DEO, & quasi DEIFICARI. Sumus enim secundum Animam adeo Divinitatæ capaces, ut ipsas eriam Angelicas mentes licet prætervolare, & Vnum cum DEO fieri. Hoc redit ab omni disidente, hoc est, Binarios, in VNVM, Theosophice potest atq; oportet fieri amissione tantum ejus, qvod VN I contraria est: aliquoq; non potest. Si sapientia Regenerationis Lazidis Philum, Catholici harmonice inde dicitur: comprecessit in veritate harmoniam mirandam Macro & MicroCosmici regeneratorum, & APIENTIAE ductu, PhysicoChemice laborando. DE THEOLOGIA triuna, Biblica, Macro & MicroCosmica, Catholica, plusquamperfecta. Hic & sic studet omnis homo: intelliget Biblicæ, Macro & MicroCosmici, SS. Scripturam: cognoscet Naturæ & Semetipsum; agnoscet DEVUM, ut Creatorem, Redemptorem, Sanctificatorem: (OMNIA IN OMNIBVS) qvem agnoscere, & notum imitari, SAPIENTIA. Hoc verissime verum est. Sunt quidam Theophilistæ, natulisti, mundani immundi, locutore, orationis hujus nostræ vim aut nucleus consuevi nescientes, & propterea calamitantes: nec mirum; carent enim SAPIENTIAE Spiritus illuminatione; cuius ipse Doctrina medullam (diabolis obsessione) spirituali excusat & impedit) nec percipere neve degustare queunt. Sit istis responsio loco D. Pauli i. Corinthi, hoc scriptum est, perdam Sapientiam Sapientum, & prudentiam prudentem reprobaro. Vbi Sapientia? Vbi scriba? Vbi disputatores seculi hujus? nonne stultum fecit DEVS Sapientiam hujus mundi? Qvod stultum est DEI, sapientius est hominibus; & qvod infirmum est DEI, fortius est hominibus. Qvae stulta sunt mundi, elegit DEVS, ut confundat fortia; & Ignobilia & contemptibilia mundi elegit DEVS, & ea qvæ non sunt, ut ea qvæ sunt destruerit: ut non glorietur omnis caro in conopeo ejus. Hæc est Theosophia vera, germana, triuna, efficax, qvæ olim & Philosophorum superciliosa, & Principium invicta se præter veritatem subigit, hodie subigere potens est: qvæ caro judicare nequit. Müste auch einer viel zu thuen haben/ der etnen jeden Narren solte Kling machen.
34. Nutre) Posteaq; audistis, qvæ, qvæ & qvæ sim EG O, SAPIENTIA. Qui custodiunt vias meas) Hoc est, qui servant aut faciunt mandata mea. Vos, inquit Christus, SAPIENTIA incarnata, Iohann. 15. 14. amici mei etsi, si FECERITIS ea, qvæ ego præcepio vobis. Et ibidem cap. 13. 17. Beati eritis, si FECERITIS ea. Luc. 8. 21. Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum DEI audiunt, & FACINT. Facere, qvæ præcepit SAPIENTIA DEI, est ambulare in vijs ejus. Qvare emendet vitam, ut induatur vita, qvæ vult acquirere vitam. Christus, Archetype; hunc, qvæ novit, induit & imitatur, est Sapiens, Beatus vere Christianus. Notandum: Qyamvis, dum in cœte hac heres, adserit vitam aeternam, dehemus tamen fugere qværit & derelinqvæ mundum immundum. Qyomo do hoc? Si, inq; vam, corde, verbis ac factis, mundanus non adhæremus immundis, hoc est, mundane cum mundo immundo non vivimus: tunc induimur Christo, & imitamus, vita Theosophia, Archetype. Hoc, approximare est DEO. Qui approximavit, illuminatur, jungitur atq; unitur. Spiritualis, bonus & mente sublimis fiat in Spiritu Optimo Max. neceſſe est, qvæ spirituum bonorum confortium, sublimiores contemplationes, DEIFICAMQ; optat Unionem. Similium enim sit conjunctione & Vnio, non dissimilium. In circumferentia mundana se ita amittere, est in Centro, hoc est, DEVUM, se invente, in reperi. Vide y 148. Hac SAPIENTIAE via, cum Christo fecidis es mundo, qvamvis vivas ac converteris qvæ die in Mundo, etiam in medio inter mundane viventes: Tu non mundanus, sed Theosophicus in & cum Christo. Cum peccatoriis sententiarios facile dexterum, clarè dicit, hac de re probabiliter in utramq; partem disputeri, donec altera reueletur. Iudicet de hoc Ecclesia. Denique Sanctas hominum mentes (confirmavit experientia crebra) sic SAPIENTIA aeterna inter delicias habet, ut eas in seipsum transformet; ita, ut Homo mentaliter mitiget in consortium & sanctuarium Angelorum DEI bonorum; immo, in DEVUM (etiam in hac vita) ipsum, & DEVS habitet in homine; sedens Rex in throno suo MicroCosmico, triuno, renato, verè Catholicus. Vide y 148. O Divinissimum in DEVUM transitum hunc! Qui fit, non nisi refectione Binarij. Phy diabole, qvæ diffensionem aut dissimilitudinem introduxit D. F. I. & Homini voluntatum. Hoc VNVM (DEVS) qvod num qvæ a se discordavit, vult VNVM; estq; omnibus binis diffensi-

S A P I E N T I A E A E T E R N A E,

118 Qui vigilat ad fores meas) Fores & postes SAPIENTIAE aeterna sunt numero tres, puta, Biblia SSA.; Creatura atq; Natura, hoc est, MacroCosmus cum tota Celestis exercitus Spiritualis militia, totus; & MicroCosmus, secundum corpus ac Spiritum: deniq; Mens sive Anima in homine Divina. O felix tercij quatercij felix, & tam in vita hac, quam futura beatus, qui ad fores SAPIENTIAE hæc manu (ut est y. 18.) vigilat, quotidie (y. 71. & 96.) audit, Theosophice videt, per totam vitam ad portas ejus Sapienter observat SAPIENTIAM veram mirabiliter loquente, respondentem, atq; docentem. Hic, sic resurget, fidelis, OMNIA. y. 81. Vide figur. Amphitheatri hujus quartam.

119 Inveniet vitam) Est enim fons vita, si quis sit inveniat ad eum, & bibat. Iohann. 6. Esa. 55. 1. Apocal. 21. Nec aeternam solū inveniet, verum & in hoc Mondo temporealem longiorem, ex fructibus SAPIENTIAE laborum Physico-Chemicorum. Nam longitudo diem in dextera ejus. Vides supra y. 45. Hauriet salutem, &c.) Gratus erit DOMINO, ut favore eum prosequatur, & implete, in omnibus actionibus laboribusq; suis, benedictione: ita, ut obtineat sive alegriq; voluntatem a IEHOVAH, hoc est, Ben' velle, nosq; posse, iuxta voluntatem suam in omnibus, quae Orando & Laborando Theosophice vult aut opiat. Summa: DOMINUS erit promptuarium, ex quo accipiet, quicquid sibi placuerit. Vide y. 150.

120 In me peccaverit) In SAPIENTIAM aeternam gravior peccat, crimenq; sua Majestatis Divina committit, qui Legem, Doctrinam & admonitiones ejus tam fideles atq; amicas, scurriliter deridet, contraq; Conscientia testimonium securè spernit, estq; (diabolo excusatus) injurias sibi ipsi; quia opprimit se totum, expolians Corpus, Spiritum & Animam (Macro & MicroCosmici) Benedictione Divina.

121 SAPIENTIA) Hebraicè ad verbum, SAPIENTIAE. Legitur enim Hohemoth, quod est plurale: ratio est, quod illa sit Spiritus multiplex, Sap. 7. 22. & 20. 20. 20. xii. 10. hoc est, multiformis, Ephes. 3. 10. Vide tertiam Amphitheatri hujus partem: Qvæst. quarta. Foris prædicat. Publicè, & palam omnibus, in Macro & MicroCosmo, (y. 87.) ut non sint excusabiles, in die iudicij, mortales. Rom. 1. 20. Non tantum SSA. Scriptura, verum qvæ tota Creatura atq; Natura, (præsentemq; DEVM qvælibet herba docet, recte cœnit Poeta Christianus) Hominisq; Conscientia Creatorem & Conditoris omnium mifricè loquitur Trium; Semetplam, hoc est, SAPIENTIAM, Bonitatem & Potentiam ejus infinitam, Theosophicè, Physicè, PhysicoMedicè, PhysicoChemicè, PhysicoMagicè, HyperphysicoMagicè atq; Cabalicè nobis ob oculos ponit in toto Univerlo, tanquam in loco editiore, ex quo posuit ab omnibus, omni tempore & loco, audiri, videri, observari atq; cognoscere.

122 In foribus portar.) More judicum, qui apud veteres ius dicebant in portis urbium, tanquam in loco publico, in omnium conspectu, & inter turbas hominum.

123 Parvuli) Parvuli hoc loco sunt, qui y. 79. Infantiam) Imperitiam, soliditatem & ignaviam. Stulti) Ut y. 35. & 50. malitiam; superbia, elationem, DEI Proximam contemptum; detractores, detractionem.

124 Convertimini) Resipisci, o stulti, quorum plena omnia, & malè fani. Proferam vobis Spiritum meum) Effundam, aut effabo super vos Spiritum meum, qui vena est intellectus, SAPIENTIAE fons, Scientia humen, divinitas rerumq; tam Corporalium qvæ Spiritualium thelaurus inexhaustus, omnem longè superans Perfumum gazam, vers. 75. & 207. Ostendam) Qyomodo: Biblicalè, Macro & MicroCosmico: scireq; vos faciam de Omnibus (qvæ proderunt vobis) mentem, voluntatem & sententiam meam, per ChristianoCabalam, PhysicoMagiam, & PhysicoChemiam: quod Studium Trium, vera THEOSOPHIA Catholica. y. 175.

125 Extendi manum) More indicantis silentium & attentionem, aut digito vocantis.

126 Delpexitis Consilij) Deludendo Legem atq; Doctrinam meam; Meipsum, hoc est, DEVM delusifis. At certe, ut malum consilium pessimum consultori, ita deriso, derisor.

127 Ego qvæq; &c.) Horrendum profecto à DEO irrideri: nihil miserius homine, à DEO deserto; quod exempla Pharaonis, Saulis, Francicci Spierg, aliorumq; qvamplimorum testantur. Quemadmodum fama, oculus & Conscientia, ita nec DEVS potest ferre jocum. Inviolabile Numen.

118 Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei.

119 Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à DOMINO.

120 Qui autem in me peccaverit, laetet animam suam: omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

121 Ecce! iterum inquit Sapiens, SAPIENTIA foris prædicat, in plateis dat vocem suam:

122 In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua dicens;

123 Usqueq; heu! heu! parvuli diligitis infantiam, & stultica, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt SCIENTIAM?

124 Convertimini ad correptionem meam, en proferam vobis SPiritum meum, & ostendam vobis verba mea.

125 Qvia vocavi, & renuiſti: extendi manum meam, & non fuit (prob dolor) qui afficeret.

126 Delpexitis omne Consilium, & Incrépationes meas neglexisti: ô tempora! ô mores!

127 EGO quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit,

128 Cum irruerit repentina calamitas, & interitus qvæsi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia.

129 Tunc invocabunt me, et non exaudiām: manè consurgent, & non invenient me:

130 Eō, quod exosam habuerint DISCIPLINAM, & TIMOREM DOMINI non suscepserint,

131 Nec agnovererint Consilio meo, & de traxerint Universa correptionem meam.

132 Comedent igitur fructus via sua, suisq; consiliis saturabuntur.

133 Aversio parvolorum, interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.

134 Qui autem ME audierit, absq; terrore requeſcat, & abundantia perfruetur, timore malorum sublatu.

135 DONUM BONUM tribuam vobis, LEGEM meam ne derelinquistis.

136 Per ME multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vita.

137 Si Sapiens fueris, tibi metiſi eris: si autem illufor, solus portabis malum.

138 Viri mali non cogitant Iudicium: qui autem inquirunt DOMINUM, intelligent OMNIA.

S O L I V S V E R A E, &c.

118 Beatus homo, qui auscultat mihi, excubando juxta fores meas quotidie, observando postes ostij meorum.

119 Nam qui invenit me, invenit vitam, & haurit voluntatem à JEHOVAH.

120 Qui autem peccat contra me, spernit animam suam: omnes qui odio habent me, diligunt mortem.

121 SAPIENTIA foris clamitat, in plateis ipsi dat vocem suam:

122 In capite tumultuantum clamat, in ostiis portarum, in urbe ipsa eloquia sua dicit,

123 Usqueq; simplices diligitis simplicitatem: & derisores derisionem desiderabunt, & stulti odio habebunt SCIENTIAM.

124 Convertimini ad increpationem meam, en dempronam vobis SPiritum meum, scire vos faciam verba mea.

125 Propterea quod uocavi, & renuiſti; extendi manum meam, & non fuit qui attenderet:

126 Et cessare fecisti omne consilium meum, & increpationem meam noluiſisti:

127 Etiam EGO in contritione vestri ridebo: subsannabo cum venerit timor vester,

128 Qvum inquam venerit, sicut desolatio, timor vester: & contrito vestri velut turbo venerit, cum venerit super vos tribulatio & angustia.

129 Tunc invocabunt me, & non exaudiām: manè qværent me, & non invenient me:

130 Eō, quod oderunt SCIENTIAM, & TIMOREM JEHOVÆ non elegerunt,

131 Nec acqieverunt consilio meo, spreverunt Universa correptionem meam.

132 Comedent igitur fructus via sua, suisq; consiliis saturabuntur.

133 Qvies simplicium interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.

134 Qui autem obædit mihi, habitabit confidenter, & reqviescet à timore mali.

135 DOCTRINAM BONAM do vobis; LEGEM igitur meam ne derelinquistis.

136 Per ME multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vita.

137 Si Sapiens fueris, Sapiens eris tibi: si vero illufor, solus lues peccas.

138 Viri mali non intelligunt Iudicium; que rentes autem inquirunt JEHOVAM, intelligent OMNIA.

118 Tribulatio & angustia) Tribulationes & angustias patiuntur etiam fideles; at exitu aut fine longè diverso: quia DOMINVM habent, qui liberat eos à malo, amicum: cuius auxilio prorsus defituntur impij, derisores & stulti, non cognoscentes diem visitationis suæ: id est misericordia, & portio hunc tartaro, iurijs ultricibus destinati.

119 Non exaudiam) Quia post festum veniunt. In tempore venire est omnium optimum. Admonemini, quæsto, similitudine de virginibus decem, quinq; prudentibus, & quinq; fatuis. Matth. 25. Oleum Spiritus sancti pro lucernis mentem velstrarum, Doctrinam pro animabus, gratia temporis comparare: ut nutrimentum habeat, vobisq; fructus luceat lampas in atrijs velstrarum accensa, à luce Patri luminum lucent in tenebris mundi, & fugante tenebratum portates, à quo omne Bonum ac Donum perfectum. Manè, igitur, cum audieris veræ SAPIENTIAE vocem, nolite obturare aures vestras. Non inuenient) Quia non inveniuntur vestras viae unicae ac soli ad SAPIENTIAM Regiam, (quæ TIMOR DOMINI) non recte qværent nec inveniunt cam: in sophismatis ambulantes fanaticisq; Sapientis mundanae infipient delirios; qvare per vias tenebrosas hæc, sedentes à veritate, deviant a linea recta ad sinistram, nihilq; prodest eis, qvamvis summo surrexerint manè. Discamus igitur, impossibile esse, DEVM sine DEO querere, invenire & nosse; aut, loqui de DEO sine DEO. Unde illud: Non loquaris de DEO, absq; lumen. Nam sine ejus Numine, sine ejus lumine, nihil est in homine, nihil est innoxium, ut cantat Ecclesia,

Conqueritur SAPIENTIA, se ab omnibus consensu, & exitu contempnit, & predicit;

Esa. 65. 12; & 66. 4; Iere. 7. 13;

Causa, cur devit, en morales à Veritatis lumen, in quovis scibili,

120 Eō, quod, &c.) Quapropter, qui aures habet ad audiendum, audiat, quid Spiritus veritatis dicat filiis hominum.

121 Comedent igitur, &c.) Frustrant igitur studiorum laborumq; suorum fructibus, pugnantibus è diametro cum fructibus Theosophis. At qviam sunt isti? Egregii scilicet, puta, vanitas, dolositas, sophismata, avaritia, (radix omnium malorum) superbia, (cui refutat DEVS) confidencia mendax, stultitia, desperatio, ignoratio, tristitia, Conscientia malefita, (cuius veritas non moritur) confusio, & mors aeterna, qvæ infernus. Ad satiatur, tunc ad naufragium usq; utantur consilij suis perversis. Cum noluerint obediens SAPIENTIAE vera, dantur (justo DEI iudicio) in senum reprobum, ut obediens Spiritus tenebrarum, mendacij, errorum atq; seductionis, abeuntq; toti in pī corruptum. Nec fit volenti iuria: de seruente DEVM, quapropter & contra, DEVS iure deseruit illos, ut suo se consilio perverso perversi regant ac perdant. Perditio illorum ex ipsis. voluerunt, habent.

122 Aversio parvolorum, &c.) Defectus sive rebellio hæc, deducit eos ad interitum; nam, malum consilium, consiliorum pessimum. Prosperitas stulti. Rebus mundanis, comitatu mundo bene succeditibus, exæcantur corda impiorum, quo minus possint admittere correctionem salutarem. Crux & tribulatio, vox DEI ad presentiam. Vide y. 65.

123 Qvæ me audierit, &c.) Vide y. 53. & 54. Cum aliquot tam præcedentibus, qvam subseqventibus.

124 Donum bonum) Bonum, id est: Donum. Quod nam summum, qvæ nihil majus, Catholicon, Terrium, vis delicia, JEHOVÆ, Creatura atq; Natura, & vobis ipsius Agnitionem, Cognitionem, Unionem atq; Fruitionem: ne de quæstis adipiscimus, agit Amphitheatum hoc nostrum. Sed quare hoc? Respondeat SAPIENTIA ipsa: Legem meam, inq; viens, ne derelinquatis. Qvæsi diceret, ah, rogo vos, filii Charissimi, ne derelinquatis Legem meam: ecce, si fidelerit adhaerens mihi, si permanescit in Lege mea, tristum vobis mea Bona & Dôna infinita, abscondita in VERO BOMBO, Biblicalè, Macro & MicroCosmico tradito ac scripto.

125 Per me, &c.) Per Benedictionem meam, fructusq; laborum manuum (meo ductu) tuarum, in Oratorio & Laboratorio, qdibus in Prologo hoc pafsum.

126 Si sapiens fueris, &c.) Satius igitur est obtempere SAPIENTIAE vera, & suo sapere commode, qvam illuforibus, & suo delitare detrimento.

127 Iudicium) DEI: quod horrende & sat citio (qvæ fati bene) apparet illuforibus, Iustitiamq; administrat, etiam in hac vita, Conscientia verme eos acriter rodente. Qui inq; virum DOMINVM, &c.) Qyomodo: Theosophice, secundum Leges atq; Doctrinam Amphitheatri hujus. Confitit se Theosophia amatoris fidele: In sejunctio pī Orando, meditando; follioq; exercendo; audi, vide, observa: Sapienterq; ad Laborando, SAPIENTIAE fidito permisit: Nescit fidem deseruisse DEVS. Menteri percepit. Vide y. 81, 115, 143, & 175.

139 Justi-

PROLOGUS IN

10.

139 Justitiam) Id quod Iustum & æquum est, in SSA, Scriptura, Libro Naturæ, ac Conscientijs vestris rectis. Qui judicatis Ecclesiastice; Politice atq; Scholastice. De DOMINO. Et de Operibus, Bonis, ac Donis ejus, juxta voluntatem veritatis suę in SSA. Scriptura, Libro Naturæ, testimonijc Conscientiarum vestrarum. In simplicitate) In simplicitate columba, hoc est, in integritate, imitando Archetypum; non in astutia aut caliditate diabolice serpentis. Simplicitas sancta Veritatis SAPIENTIAE æternæ amica. Nunquam simula, nec male te malum esse cogant. Sis Bonus, auxilio Optimi, in te; etiamsi omnia mala circumcircite te.

3. Reg. 3.
Esa. 56. 1.

140 Illusor) Perversus corde & bilinguis, declinans à DEO, defens Timorem DEI; Propterea quidam verteunt, abominatur IEHOVAH desertorum, hoc est, qui ab altitudine Divinorum contemplationum actionumq; aversus, vergit ad decliva mundi hujus immundi, quantumvis eum Spiritus SAPIENTIAE bonus erexit in altum. Cum simplicibus Cunctis, integris, incontaminatis, probis, nihil simulati aut dissimilati habentibus, cum his, inquit Sapiens, Theosophicus loquitur IEHOVAH, VERBO suo Biblicè, Macro & MicroCosmico Divinitus scripto, ijsq; in Oratorio & Laboratorio, Cabalisticè, PhysicoMagicè & PhysicoChemicè revelat atq; communicat mysteria & secreta sua. Hinc Philosophus: Si DEV S reperiret cor fidei, utiq; revelaret ei veritatem seceret, Felix cui sic IEHOVAH à consilijs. Consule quartam Amphitheatri hujus figuram. Sermocinatio ejus) O mirabile DEI mirabile sermocinacionem! Vox DEI in omnibus, per Omnia, de Omnibus, ad Omnes. Loquitur DEV S nobiscum tempore & ubiq;. Placuit DEO Biblicè, Macro & MicroCosmico faci: incumbit nobis, ad imaginem & similitudinem DEI formatis, IEHOVAM (ne furdo canat) in SSA. Scriptura, Natura, & Nobismeritis audire, vide, obseruare sonantem, tonantem, loquentem & respondentem, ut est fig. Amphitheatri hujus quarta ordine annos acutum. Vide y. 85. 87. & 158.

Impijs male discetur, pjs, benè.

Quomodo DEVS qvarerendus, & à quibus inveniatur. Deut. 4. 29.

2. Paral. 15. 4.

141 Deludet illusoribus ipse illudit, & Humilibus dat gratiam.

142 Abominatio IEHOVÆ sunt perversi corde: & perfecti via beneplacitum ejus.

143 Qyoniam invenitur ab iis, qui non tentant eum, & illis patet, qui ei non diffidunt.

144 Qui Fiduciam in eo suam habent, VERTATEM intelligent.

145 Qvia Recti inhabitabunt Terram, & Integri superstites erunt in ea.

146 Cogitationes namq; perversæ separant à DEO, ejusq; Potentia dum tentatur, insipientes arguit.

147 Qyoniam in animam malitiosam non introibit SAPIENTIA, nec in corpore peccatis obnoxio habitabit.

148 Qui SAPIENTIAM DISCIPLINAMq; pro nihilo ducit, miser est, spesq; talium vana: & labores infructuos, atq; opera eorum inutilia.

149 BONORVM autem laborum glorioius est fructus: nec radix PRUDENTIAE decidit.

150 AMPHITHEATRUM

Acclamati, iterum, vir sapiens,
Discite, o mortales, SAPIENTIAM;
discite JUSTITIAM moniti,
Et non temnere Divos.

Diligite, audite, videte, observate
SAPIENTIAM VERAM.

Diligite, inquit, JUSTITIAM
omnes omnium Terrarum Nationes, Status
atq; Ordines; praesertim vos, qui judicatis
Terram: sentite de DOMINO in Bo-
nitate, & in SIMPLICITATE cor-
dis querite illum.

Qvia abominatio DOMINI est o-
mnis illusor, & cum SIMPLICIBUS
& sermocinatio ejus.

IPS E autem deludet illusores, &
& Mansuetus dabit gratiam.

Abominabile DOMINO cor pra-
vum: & voluntas ejus in iis, qui Simpli-
citer ambulant.

Qyoniam invenitur ab his, qui non ten-
tant illum: & appareat autem iis, qui
fidem habent in illum.

Qui confident in illo, intelligent VERTATEM.

Qui Recli sunt, habitabunt in Ter-
ra, & Simplices permanebunt in ea.

Perversæ cogitationes separant à
DEO: probata autem virtus, corripit insi-
pientes.

Qyoniam in malevolam animam
non introibit SAPIENTIA, nec habita-
bit in corpore subdito peccatis.

SAPIENTIAM & DISCI-
PLINAM qui abicit infelix est: &
vacua est spes illorum; & labores sine
fructu, & utilia opera eorum.

BONORVM autem laborum
glorioius est fructus, & quæ non concidit
radix SAPIENTIAE.

VNUIONE cum DEO mentali: Non DEV S pjs se patefacit ac decla-
rat, aut cognoscendum exhibet, quocunq; id fieri modo, media-
tè vel immediatè, Macro vel MicroCosmico. Sic SAPIENTIA
æterna, manifestata in carne, IHSVH CHRISTVS, apud
Iohan. 14. 12, dicit, èp̄p̄lōw èp̄p̄lōw, manifestabo ac decla-
rabo meipsum. Vide versi. 138. & 175. Estoq; intelligens.
Qui fidem habent, &c.) Docet Sapiens, tu dñe iustus, in-
credulitatem, impedimento esse, quo minus cognoscatur veritas, & DEI dona nanciscamur. Incredulitas (expertitia edocens constanter affirmo) est quæsi finitima manus, qua DEI
DONA, quæ sponte sua nobis benignè offerit, perversè excusat. Nam si timuerit, citò desperabit. Quod si desperaverit, ejus animus vacillabit, nec ulla tenetus sua intentionis conser-
vetur effectum. Vide vers. 17. Hic mentem exerce, Clas-
menus igitur cum Christi discipulis, omnes: D OMINE, auge nobis FIDEM. Fidas, ut videoas. Sat dixi.

Intelligene VERTATEM) Sic SAPIENTIA
hæc incarnata, Iohan. 8. 31. Si vos manseritis in sermone meo,
veri Discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem. Veritas
mens est, casta vultus mentis (Corpo, Spiritu, Anima) vocari,
quæri, inventi ac retineri. Non potestis, dicit Paulus, simili-
tate membra scorti & Spiritus sancti. Ora DEV M, ut sua
gratia, cum odio vitorum, amor in te oriatur ac confirmetur
virtutum: hoc est, TIMOR DEI. Ejusq; Potentia, &c)
DEI videlicet; cuius Potentia sine maximo periculo Corpo-

ris, Spiritus & Animæ tentari non potest: Sunt autem hæc
duo vita (& Signatura quæ indicantes) infidelium; Vnum
diffidentia, alterum audacie ac temeritatis in DEV M, sic ten-
tando eum. Hinc discito, IEHOVAM ne tentes, quæs
tionebus frivolis, petitionibus superbis, tibi aut proximo no-
centibus, &c. Vide y. 143.

In malevolam animam non, &c.) Ratio est, quæd
dissimilium nulla sit VNIO. Quid conveniret Luci cum
tenebris; benevoli cum malevoli; veritati cum mendacio; bo-
no cum malo? Non sit Monas simplicitatem reducere, nisi
recipiatur Binarius: non cum IEHOVAH Vno, nisi prius
à Teipo deviatione, & tu abnegatio. Divertere à malo & fac
Bonum, psal. 34. 15. Discide à Temeris, & reformare ad
Exemplar Archetypi; sequerere, & imitare SAPIENTIAM
incarnatam; tunc habitabit in spiritus SAPIENTIAE;
Tunc IEHOVAH Pater; IHSVH CHRISTVS crucifixus, Frater; SPIRITVS SANCTVS Amicus, intro-
bit in te, habitabit atq; sedebit, REX, in palatio auctoritudo
suo MicroCosmico, TEMETIPSO, triuno, renato, vero
Catholico, ut est fig. Amphitheatri hujus secunda. Lotione
potentialis, Esa. 1. 16. in melius transmutatus, conjungitis
atq; Vniers DEO: radio Solis super Celestis illuminaberis;
Videbisq; mundus corde, DEV M in te, & te in DEO; Oz-
MINIA, IN OMNI. Terrenus patitur, terrenus: mundus
na, à Princeps mundi immundus, mundanus; Spiritualia, à spiritis
bus bonis, sub modo delegata à DEO administrationis, Spir-
itus ritus: Divina, à DEO ipso, Divinus. Qui nimis purus
est, quomodo audet ille purum attingere: De spiritualibus atq;
Divinis, tu terrene & mundane, confere abstine. Iudicas de
ijs, quorū dulcedinem nunquam gustasti, ut cœus de coloris
bus. Vide y. 15. 16. Cenfisti me mundanum immundum;
Vide ne nimis mundanæ. Quare y. 16.

SAPIENTIAM & DISCIP.) Ah quomodo felix est poterit SAPIENTIAM & DOMINI TIE-
MOREM qui excutit, respuit, pedibus conculcat ac deserte
Vacua est spes illorum) Sunt semper querentes, in omni
mysterio, scibili, secreto; ad Veritatem finem nunquam perve-
nientes; miserrimeq; evanescentes in vanitatibus cogitationum,
opinionum, atq; laborum fuorum; & quia SAPIENTIA
veram, ejusq; initium, TIMOREM DOMINI, abiciunt,
Theosophicè Orare non possunt, nec sapienter & cum fructu La-
borare. Cumq; contra DOMINVM non valeat Con-
suum, etiamq; omnes mundi hujus immundi sapientes insi-
pientes manus conferent, oritur Babel, id est, confusio, in sen-
tibus, ratione & mentibus corum, danturq; in reprobum sen-
sum, ut (qui pro quo sumentes aut operantes) cadant de ero-
re in errorem. Note hoc, vos, qui qvaris Lapidem Phil. in
qvi affectatis Cabalisticè, Magicè, Chemicè, Theosophicè, &c.
intelligere, scire, posidere & præstare ea, quæ qvaria hujus Am-
phitheatri figura Sapienter sunt annotata: Volmetiplos, in-
q; yam, prius Theosophicè sic tractare discitote, ut (DEO in-
ferente, dante & operante) endemini, & peccatorum foribus
extrahamini, superfluitatisq; impuritatum liberemini, solva-
mini, separemini, deparemni, conjungamini, (ò abyssum mys-
terii DEI!) non est in hoc Vnionis Divina puncto, volentis,
per se, aut currentis, led miserentis DEI, Entoph! Entoph!) ad
plusq; aperfectionis gradū (Divino Divini ignis artificio) sub-
limemini, hoc est, exalte mini, & cum DEO ipso in spiritu & ves-
titate mentaliter fermentemini; priusq; vam dico, Lapidem Phil.
& ceteros SAPIENTIAE thesauros, & SAPIENTIAE
Minera, quæ vera MAGNE SIA est Catholica Theosopho-
rum, effodere aggredimini: alias (credite veridico) AETHIOP-
& laterem lavabitis. Bona & Dona DEI sunt, fuerunt eruntq;
tempore, & latenter agit Amphitheatum hoc nostrum, à lo-
lo DEO pendens: qui, cui vult, largitur aut subtrahit; sub-
limis, gloriosus, omni Iustitia ac Bonitate repletus. Nota, HO-
MO, Laton dealbus, & Corpus, quod sit: DEV S, Ani-
ma, quæ vivificat: SPIRITVS sanctus, vinculum; cujus
virtute fit VNIO; qui tingit & dat ingressum ad Regnum per-
petuum. O harmoniam mirandam Macro & MicroCosmi
Regeneratoriam! Non nisi Regenerationis studiosus, & qvidem
singulari DEI ductu, Regenerationes intellegit hasce: Ceteris
sunt sylva Bohemica ac tenebrosea.

Bonorū Hominum, puta eorum, qui ad Mo-
nads simplicitatem, SAPIENTIA IEHOVÆ coope-
rante, reduci pro virili student. Hisunt tangquam lignum qvod
plantatum est secus decursus aquarum: qvod fructum suum dat
in tempore suo, & folium ejus non defluet: & OMNIA,
quæcumq; faciet, prosperabuntur. Vide psal. 1. totum. Hos
rum (non stultorum) actionibus, laboribus atq; operibus in-
spiratur bene nosse, cœ & posse, à DEO: qvemadmodum (de
opere PhysicoChemico Catholico agens) paucis innuit Senior
Zadith filius Hamuel: nos autem aliquanto clarius explicui-
mus, paucis in hujus Prologi expositione. Qui potest capere,
capiat. Ingens hic later arcanum, à paucissimis obser-
vatum. Vtiam admonitione mea, tam fideli, saperent stulti.

Habe

Habe fiduciam, &c.) In summa summarum: IEHOVAH in omnibus actionibus laboribus tuis, sit prora & puppis; Alpha & Omega. Vide y 119. Tu, absq; DEI inspiratione, auxilio & ducatu, noli altum sapere. In solo DEO, qvi OMNIA in omnibus, Theosophice poteris OMNIA. Ne innitaris Prudentia tua.) Mundus Ethnicē judicat, qvod fortuna semper sit comes prudentiae nostra. Vnde Proverbia, Sui cuiq; mores fortunam fingunt. Et: Vnusqvisq; (ex sua prudentia) suo fortuna faber. Vnde Seneca: Sequere rationem, & fer casum. Juvenalis: Nullum Numen abest, si sit prudens. At Sapiens noster contrarium docet, qvod IEHOVAH (auctor & DOMINVS) fortunam mittat, & prudentialm atq; successum vel detrahat, vel largiatur. Observandum hoc quoq; est in laboribus PhysicoChemisticis, qvi, nisi Orando impetrarem a DOMINO bene nosse, esse & posse, non queunt secundum Veritatem in Naturā lineam rectam, insitum & absolu. In Oratorio igitur Theosophicē fudandum, ut DEVs nos informet, ne Spiritu suum sanctū afferat a nobis; ut nobis laboribus nostris benedicat; mente, sensu & rationem custodiat, ne diabolici ludibrijs & phantasijs seducant; manus & pedes, ne destruant opus. Cicero, Ethnicus prudens, consilij multis suis partim, & rationibus frustratus est, partim vero fiducia sua, in sapientiam atq; industriam suam, p̄nas dedit gravissimas: Quidq; efficerit cum prudentia mundana, tristes & tragicē multe ab exilio suo voces rescripte testantur, vel in Epistolis tertii ad Atticium, infut, & ultimā sua ad Octavium. Recē igitur, psalmus 33, 17. Pallax equus ad salutem. Et psalm. 127. Nisi DOMINVS custodierit civitatem, &c. Non igitur ratio nostra, aut remedium ingenij arroget sibi prudentiam tantam, ut se (solfibi comparans seipsum) sine singulari & specifica benedictione Divina posse gubernare vitam, actiones, laboresq; existimet, aut fortunam & successum sibi ipsi fabricare, suaq; est in voluntate ac potestate boni alii, qvid efficere: Verum in manu DEI Omnipotens ac Misericordis Christiane collocet atq; constituit OMNIA, habeatq; in DOMINVM (ut Sapiens sapienter svedat) fiduciam suam, ex toto corde, ab initio usq; ad finem viarum suarum, hoc est, actionum atq; laborum omnium, in Oratorio & Laboratorio. Si in hoc non delinqvendum Theosopho, multo minus sophistae in suo Labyrinto. IEHOVAE voluntas dux certior est si lo Ariadna, nobis palpitabim in labyrinto hujus mundi immundi magno. Haurias igitur (y 119.) voluntatis salutem a DOMINO, & omnia prospera tibi succedent. Hoc idem sibi vult verius sequens, scriptus in aula veteri, qvo depicta fuit mulier sibi dicens, in arce quodam Gallica, de cuius sententia sepe disperavit Rex Gallie Franciscus:

Nentifila D'EUS mentem conjungit Olympo. Id est, DEVs adjuvat laborem vocacionis, s̄nget der Spinerin den fadem zusammen! Et auxilium illud etiam, qvod las boronibus tuis, cogita, pro praecopto tibi propone, & sequere IPSVM, qvi SAPIENTIA Patris, nobis factus SAPIENTIA, in quo (tanquam in Minera) sunt omnes thefauari SAPIENTIAE & SCIENTIAE reconditi. Colos. 2, 3. Et ibidem, cap. 3, 17, præcipit Apostolus, omne qvodcumq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri IHSV CHRISTI facite. Apud IEHOVAM igitur per SAPIENTIA M eum incarnatum, SAPIENTIAE Dona ac Bona Theosophice queratur omnis homo: Solus IPSE (HV) dirigit gressus cogitationum laborumq; manuum meas rum; Solus IPSE felicem largiatur successum. O Hochmahel, SAPIENTIA DEI! O Binahel, Prudentia DEI! IHSV SAPIENTIA IEHOVÆ incarnata, misere mei, & doce nos veritatem: in Oratorio & Laboratorio, Amen. Vide figur. Amphitheatri hujus secundum. & y 75.

y 153. Tima DEV M, &c.) Hoc est omnis homo, Eccl. 12, 13. Hæc Religio verè Catholica aut Universalis, Sap. 1, 1. Actor. 10, 35. Vide y 158, & 225, & 240. Hoc penitentiam agere Christiane.

154. Misericordia & veritate) Misericordia significat cum DEI misericordiam erga nos, tum alibi nostram, erga proximum, Charitatem. Estq; Veritas hoc loco cor verax, de DEO recte sentiens, veritatis laude ei soli tribuens, qvōd juxta promissiones suas nobis, in Spiritu & Veritate invocantibus eum, signos scat, adit, opem ferat, secreta communiceat, mysteria revelet, bona & dona largiatur innumera & infinita. Declinare à malo

150 Habe fiduciam in DOMINO ex PROV. 3, 5. toto corde, & ne innitaris prudentia tua. 151 Abominatio DOMINI est omnis arrogans. 152 In omnibus viis tuis cogita DOMINUM, & IPSE dirigit gressus tuos. 153 Ne sis Sapiens apud temetipsum; & time DEUM, & recede à malo. 154 Misericordia & veritate redimitur iniqvitas: in TIMORE DOMINI delinatur à malo. 155 Sanitas qvippe erit umbilico tuo, & irrigatio osium tuorum. 156 Honora DOMINUM, de tua substantia, & de primis omnium frugum tuarum: 157 Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino novo torcularia tua seferuntur. 158 Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putci tui. 159 Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. 160 Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. 161 DISCIPLINAM DOMINI, fili mi, ne abicias: nec deficias, cum ab eo corriperi. 162 Quem enim diligit DOMINUS, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. 163 Melior est SAPIENTIA, quam vires: & vir prudens, quam fortis. 164 Audite, ergo, Reges, & intelligite, discite iudices finium Terra. 165 Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum:

doct Solomon illos, qvi timent DEV M, (timore filiali, qvi ipsi simus amor, y 16.) qvi credunt ei & in eum; qvi ex corde dilit gunt Proximum. Sis ergo misericors & vera erga Proximum, ut misericordia implearis ac veritate à DEO Divina. 155 Irrigatio osium tuorum) Ut in contrario inventa, langor & tabes, vermis Conscientia rodens, eis qvi Tiz morem DOMINI & Disciplinam despiciunt, Pfar. 32, 3. 156 Honora DOMINVM, &c.) Non diabolum, mundanum vivendum. Animo grato agnosce eff DEI Dona ac Bona, qvæ tibi proveniunt, qvæ acceptisti, accipisti, accepturus es. Nam id significatum ritu offerendarum primiatur, Deut. 26. Et sic gratiarum actio est ad plus dandum invitatio: tam in Spiritualibus, qvæ Secularibus. Hoc ex fundamento Corollarium extruit figura Amphitheatri hujus tercia secundum, de DE CIMA. Honoras DOMINVM si, si fleo, mofinarius existens DEI in hospitali hoc magno, de Bonis ac Donis, Divina favente Clementia tibi concessis, Opera cum gratiarum actione hilariq; & vultu & animo exerces misericordia, in Proximum egenum. Da omni: si non Christianitati aut Religioni, saltet humanitat: in hoc imitaberis Acherysum Opt. Max, qvi tam malis quam Bonis exorti facit Solem, datq; victum & amictum OMNIBVS, cunctis, singulis ac Universis. Hilarem datorem diligit DEV S, 2. Corinth. 9, 7. Pios ama in Christo, impios proper Christum: qvi nos adhuc inimicos sic dilexit prior, ut se totum nobis redimendis impenderit. Illos completere, qvod boni sint; hos nihilominus, ut Bonos reddas. Virtus odise oportet, non hominem.

Fide JEHOVÆ toto corde tuo, & intelligentia tua ne innitaris.

Abominatio JEHOVÆ est omnis elatus corde.

In omnibus viis tuis recognosce eum, & IPSE dirigit semitas tuas.

Ne sis Sapiens in oculis tuis: time JEHOVAM, & recede à malo.

Misericordia & veritate redimetur iniqvitas: & in TIMORE JEHOVÆ receditur à malo.

Sanitas enim erit umbilico tuo, & medulla osibus tuis.

Honora JEHOVAM de divitiis tuis, & de primitiis omnium proventuum tuorum.

Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino novo torcularia tua seferuntur.

Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei tui.

Dispergant se se fontes tui foras: in platis rivi aquarum:

Sint tibi soli, & non alienis tecum.

CORRECTIONEM JEHOVÆ, fili mi, ne abicias, & ne tædio afficiaris propter increpationem ejus.

Quem enim diligit JEHOVAH increpat, & veluti pater filium, quem valde amat.

(In Græcis Codicibus non legitur primus Versus, qvi est in interpræte.)

Audite Reges, & attendite, & discite ludices finium Terra.

Aures prebete moderatores populi, qviq; nationum multitudine gloriamini.

veritatem in se unctionem Spiritus SAPIENTIAE sancti. Non DEV S acceptor est personarum, sed (juxta Religionis Universals doctrinam y 153, 249.) ex omni gente acceptus illi, qvi tunc met eum, & operatur Iustitiam. Actor. 10, 35. Non igitur diffidas, fili mi, in Spiritu & veritate Orans, Theosophice vivens, de TVI, hoc est, persona tua, a Spiritu sancto unitio ne. y 201. Vnusqvisq; nostrum, Divina Gratia operante, in fluite, dante, cognoscere debet ac potest (modò Christiane ipse velit, y 115.) Doctrinam veritatis, ut admonere atq; docere ex DEO seipsum & alios possit, nec alienis tantum videat oculis, auri busq; audiat. Vtq; prodest unumq; pro corporis & familiæ sustentatione, domi habere repotum victum, ita conducti unumq; in pena mentis sua Divinitus illuminatæ habere in promptu Veritatis Doctrinam, unde sibi & alijs consuleat. Ecce vellit mihi auctor Genitus, de lacerationibus & velicationibus me premonens stultorum naturorum. Quid faciam? Reticere debeo veritatem: abit: Scio enim eam esse veritatis conditionem, ut semper habeat antagonistas, à diabolo suscitatos, veritatem præmentes, at non opprimentes, Alijq; stultos magis insatuabit.

Fide Deo ex toto corde, & negotia tua prosperebuntur.

Rom. 12, 16. Religio Catholica, hoc est, Vniversalis.

Honoratus DEV S. Tob. 4, 7. Luc. 4, 13.

Proprijs laboribus busbonis a Donis vult nos vivere, fructusq; eorum a lijs imperari.

Correto Dei cum latitia serenda. Heb. 12, 5. Apoc. 3, 17.

Prov. 16, 32. Eccl. 9, 18.

Magnates ad Iustitiam & Sapientiam adhuc tatur.

157 Horrea tua, &c.) Descendere faciet DOMINVS ad te Benedictionis imbre serotonum, & rorem matutinum, ut impletant areae horrorum tuorum Macro & MicroCosmici; secundum corpus, Spiritum & Animam; Externi & Interni Constitutus te DEV S, sicut Israel, super excelsam terram: ut comedas fructus agrorum, ut fugas mel de petra, oleumq; de falso durissimo. Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipice agnorum & arrietum, & hircos cum medullis tritici, & fangivinem Vva bibas meracissimum. Deut. 32, 13, & 14.

158 Bibe aquam, &c.) Qvæsi dicit. utere Bonis ac Dozis tuis, non tantu externis, verum qvæq; internis, à DEO benitatis tibi concessis, nec sis mancipium, aut simia, opinionem alterius, ut jurare velis in verba & sententias alijcujus Magistrorum, avertitatis semita recta deviantis, hoc est, insipientis Theologorum, Iusti consulti, Medici, Physici, Chemici, Magi, Cabalistæ, &c. ut ut etiam vel antiquitate vel auctoritate valentis. Magni, crederi, magnos commitunt errores. Ein vngeleret Man / richet keine Kerze an. Die böhsigeleren / die vorkesten. So hilft auch Alice fur Thorheit nicht. Cum cuivis Divinitus illuminato, libertatis Philosophice potestate, concepsum sit Theosophicē Philosopheri, utatur & fruatur qvivis Genio ac ingenio suo: audiat, videat, obseruat uniusq; IEHOVAM loquenter, docentem & respondentem in SSA. Scriptura, libro Natura, & Semetipso. Ut nemo unquam vere Pythagorus fuit, restante doctissimo Capnione, qvi non DEOS fenserit: Sic, dico, nemo Davidicus, qvi non audierit DOMINVM loquenter in se, Psa. 85, 9.; nemo vere Christianus, qvi non gusta-

Reges) Magistratus omnes; Rectores ac Gubernatores Ecclesiastici, Politici atq; Scholasticci, è qvorum nutu ac gubernatione administratio pendet totius Orbis Terrarum.

159 Qvi continetis, &c.) Tam in statu Ecclesiastico & Scholastico, qvam Politico. Vos SAPIENTIAE Constitutus te DEV S, sicut Israel, super excelsam terram: ut comedas fructus agrorum, ut fugas mel de petra, oleumq; de falso durissimo. Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipice agnorum & arrietum, & hircos cum medullis tritici, & fangivinem Vva bibas meracissimum. Deut. 32, 13, & 14.

160 Reges qvæsi dicit. utere Bonis ac Dozis tuis, non tantu externis, verum qvæq; internis, id est, Rectores populorum officiorum nominibus atq; scientibus, dictis) Reges qvæsi, id est, Rectores populorum officiorum: & vos, inquit Sapiens, discite atq; docete SAPIENTIAM: non tantum ex Ethnicon qvorundam male sanorum (inter quos tenebri ille Aristoteles princeps & antefigurans) fanaticis delirantibus; verum potius ex fontibus libitorum SSA Scriptura atq; Naturæ, & ex DEO ipso, loquente in yobismetis Phisophicē purgatis Divinitusq; illuminatis. Supra y 17. dictum est, qvōd h spiraculum DEI & illustratio Divina, vera PHILOSOPHIA. Ad legem igitur & testimo- nium dñorum libitorum probet ac judicet SAPIENTIAE vera amator OMNIA; IGNIS professor DEI Physicus PhysicoChemicus Veritatis testimonium perhibebit; Experientia, qvæ refutat ylligismum, Præxœs suo sigillo Veritatem confirmit. Non igitur hominis mendacis in Scholis regnet auctoritas, sed sola Divina voluntatis, iuxta SS. Scripturam, Naturam & Conscientias vestras rectas, VERITAS.

166 Qui

P R O L O G U S I N

156. Qui interrogabit, &c.) Videte ergo Tyranni, ut habeatis quod respondeatis pro tyrannide, tam erga peregrinos, quam subditos vestros: Theosophistæ, de fanatico, impio, blasphemico & infanabili, quo insolenter laboratis, disputandi casu coetheri: Iureperveri, pro injustitia, quam strenue exercetis: Pseudo Medici & Academicæ nonnulli (reperiunt enim Orthodoxyi aliqui) pro in Naturæ secretis cæcis & claudicantibus, Ante signatus patromis vestris quibusdam, quorum auctoritates perstinentissimæ (malitiosæ à vobis postpositis SSæ. Scripturae atq; Naturæ Libris, DEO ipso, SAPIENTIAE sive Spiritum non audientes, IGNÆ, Naturæ artificiosissimo ac sagacissimo interprete, EXPERIENTIA, deniq; Veritati testimonium acclamante, perverse imprægnant ac regunt sensus, rationes, mensesq; vestras: quibus imbuti atq; seducti, in Doctrinae salutaris capitibus summe necessarijs, & vos (reclamantibus interdum Conscientias nonnullorum proprijs) sinistre imbutis, perniciose seducitis ac delirare facitis blandissimum juventutis florem. Væ, Væ, in die Iudicii vobis, qui talia & tanta perperat. Non fingo hæc: antè me, super malo isto diabolico, ex animo conquesti sunt multi sancti Patres; converuntur mecum viri anterioris nostræ atatis Doctissimi, inter quos Reuchlinus, Esrafilus, Lutherus, H. C. Agricola, Philippus Theop. Paracelsus, Vigilius, alijsq; studio SAPIENTIAE vera incliti, ferè in numeri, imo omnes, qui Vrictatem ex animo farta tecum volunt. Resipicite ergo aliquando, toties admoniti, & convertimini ad melius, emendateq; perveroram & docendi & discendi methodum veltram, ac Veritati palmam concede. Sed vereor, ut canes rabidiferae fororum, o tempora! o mores!

167. Non recte judicatis.) Non recte docuistis, vos qui estis principia Græcorum qvorundam mendacium: fuisis seductores & depravatores teneræ juvenitiae. O audaciam pestilentem! Qyocira admoniti à Sapiente nostro SAPIENTIAE: tot ac tantis interpretibus fidelibus dilectis, Ethnico-rum qvorundam non illuminatorum fallaciam lacunis derelictis & ultra montes caspios in exilium relegatis, ad Veritatem convertimini, & ad SOPHIAE super Celestis Pontem anhesantes Theosophice, Christiano-Cabalisticæ, Physico-Magice, & Physico-Chemicæ, Orando ac Laborando, properante Catholicon, trium, ad Libros, inquam, SSæ. Scripturae, Natura, & Voluntatis pœnitentia methodo regeneratos, Theosophicæ, radio illustratos: illic latice hauriente æthereum, & bibite pro safritate mentium veltrarum. Hujus venas non sophisticæ, sed Theosophicæ scrutamini: reperiens ibi SAPIENTIAE Mineram; & ex hac aqua vivas saientes, in veritatibus Physicam, Physico-Medicam, Physico-Chemicam, Physico-Magicam, Hyperphysico-Magicam, Ethicam, Politicam, Cabalisticam, Theosophicam, OMNEM. Physice & Ethice Christianæ Danæi, (ut tacem aliorum in hoc argumento labores & scripta) pudefacit Veritatis antagonistas. Legem justiciæ Divinæ: in SSæ. Scriptura, Natura & Conscientias vestris Divinitus collocata, triunam. Voluntatem DEI Revelata, tam & traditam Biblicæ, Macro & Micro-Cosmici. Ambulaveritis) Ambulare apud Hebreos accipitur, pro aliquo in re se gerere, sive verari.

168. Apparebit) Veniens enim veniet, & non tardabit DOMINVS, Habac. 2.3.

169. Exiguo conceditur, &c.) Nam, cui plus datum est, plus ab eo requiretur.

170. Puissum & magnum, &c.) Pauperem & divitem, ut habet Sapiens in Proverbis. Aequaliter est illi, &c.) Ne nauci Nobilem præferet DEVS (ut magis ei parceret tempore computationis, wenn es heisst/ redde rationem vilificationis tuae) plebejo. Et schenkt es keinem/ Et tasst einen so wol aufs schwarten als den andern. Vide y 88. & 91.

171. Fortioribus, &c.) Non audiatur illud: Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Et branchet vnd administrer das rechte Recht.

172. O Tyranni) Tyrannos appellat Reges ac Principes, in bonam partem. Tūs uerū, Dominus vel Rex: sic enim Trogus, Reges, inquit, ad hujusmodi fastigium majestas tuis, spectata inter bonos moderatione proiecti, Tyranni ob fortitudinem vocabantur: τυραννος, regno. Hinc Euripiðus illud, Σοφοτεχνος την σοφων τυχεστια, hoc est, Sapientes sunt Reges Sapientum confutidine. Et sic nomen illud apud veteres contumeliosum non fuit, nec magis invidiosum, quam Regum. Postea vero, malitia crescente, cum superbi regnare capiſſent Reges. Tyranni nomen ad illos tantum translatum est, quin non jure & Legibus æquis, sed vi & animi libidine dominabantur, fecitq; crudelitas eorum, ut nomen illud malè audierit. y 164. Giracus textus eos βασιλεους, hoc est, Reges appellavit. Inteligit autem non tantum Magistratum Politicum, verum quoq; (ut antea dictum) inclusive Ecclesiasticum atq; Scholasticum. Ut discatis Sap.) Discite, quemadmodum decet Philosophos genuinos, SAPIENTIAM VERAM: nam (certum est) major pars vestrum in vestibulis potius hæret & corticibus, vijsq; veratur labyrinthis Scientiarum & Artium carum, [y] 173.

166. Qyoniam à DOMINO vobis dominatio data est, & potestas ab Altissimo, qui in opera inqviret vestra, & Consilia perscrutabitur.

167. Qyoniam cum essetis ministri regni ejus, non recte judicatis, nec Legem conservatis, nec Consilium DEI estis fecuti.

168. Horribiliter superveniet vobis & recente, qyoniam judicium in procese severissimum exercebitur.

169. Nam infimi homines digni sunt misericordia; in potentes verò inqviretur acriter.

170. Nec enim persona cujusquam parcat omnium DOMINVS, nec magnitudinem verebitur, qyoniam tam infimū quam summum IPSE creavit, & pariter providentiam habet omnium.

171. Potentib; verò vehemens in statu inquisitio.

